

1664, 38^a

19

20

FELICITER
SS. TRIADE AUXILIANTE
DISSERTATIO JURIDICA

De
RERUM COMMUNIONE,

Quam
Autoritate ac Indultu

Magnifici Jctorum Ordinis in Illustri
hac LL. nutrice SALANA,

PRÆSIDENTE
VIRO

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. GEORG-ADAMO STRUVIO,

Jcto celeberrimo, Antecessore, Consiliario Sa-
xonico dignissimo, Curia Provincialis & Scabinatus

Affessore gravissimo, nec non Inclutæ Facultatis suæ
Seniore longè meritissimo,

Patrono atque Doctore suo filiali cultu æternum
colendo,

Publico Eruditorum examini sistit

ERNESTUS SIGISMUNDUS SCHILDBACH,

AUTOR.

Add. Maji Horis consvetis.

JENÆ

Typis JOHANN. NISII, Anno M. DC. LXIV.

18.
KÖNIGLICHES
UNIVERSITÄTS-
ZVHALLE

FRIEDRICH
UNIVERSITÄT
ZVHALLE

9176





ILLUSTRISSIMIS, CELSISSIMIS, PRIN-
CIPIBVS AC DOMINIS

DOMINO GEORGIO,
SACRAE CAESAREAE REGIAEQVE PER
HUNGARIAM ET BOHEMIAM MAJESTATIS
CONSILIARIO INTIMO, CAMERARIO ET SUPREMO
PER UTRAMQVE SILESIA M CAPI-
TANEO,

ET

DOMINO CHRISTIANO,
DUCIBUS SILESIAE LIGNICENSIBUS
ET BREGENSIBUS, FRATRIBUS GER-
MANIS,

DOMINIS MEIS CLEMENTISSIMIS,
HOC. QVALECUNQVE. MONUMENTUM.
SUBJECTISSIMAE. DEVOTIONIS.

Ut. Et.

HUMILLIMAE. GRATITUDINIS.
ERIGIT. AC. SUSPENDIT.

VEST. VEST.

CELSIT. CELSIT.

Subjectissimus atq; Humillimus

ERNESTUS SIGISMUNDUS SCHILDBACH,

AUTOR.

81



In Nomine Domini Nostri
JESU CHRISTI!

SI res non modo ab nostra memo-
ria propter vetustatem remotas ex litera-
rum monumentis repetamus, sed & no-
stri ævi consideremus, Deum immorta-
lem, quot & quantæ clades, quæ dissidia,
quæ discordiæ propter rerum commu-
nionem sunt exortæ, & adhuc profiliunt. Illi igitur, qui
et *νύερον* habent, & quibus salus publica suprema lex est,
Rerum communionem è Republica sua, tanquam Hy-
dram Lernæam ac omnium malorum scaturiginem ad
Garamantas & Indos relegare necesse habent, si alias be-
ne constitutam Rempublicam non saltim habere, sed &
sartam tectamquè illam conservare volunt. Innumerus
enim numerus incommodorum tanquam ex Equo Tra-
jano propullulat, ut (1.) Discordiæ, lites, atque rixæ per l.
in re communi 26. de S. V. P. l. cum Pater 77. §. *duciss. Fratri-*
bus 20. de Legat. II. unde etiam à S. Themidis sacerdotibus
mater discordiæ communitio appellatur ut videre est in
gloss. in c. illud. quoq. 1. Dist. LXXI. (2.) socordia & negli-
gentia, per l. *meminimus. 2. C. quando & quibus quart. Libr.*
X. ibi enim dicitur: naturale quippe vitium est negligi-
quod communiter possidetur, ut sequis nihil habere, qui
non totum habet, arbitretur, denique quoque suam par-
tem corrumpi patiat, dum invidet alienæ. Nam segnius
expediunt commissa negotia plures. Et Germanorum
A 2 hinc

Rerum Com-
munitio in-
commoda.

FRIED-
ERS-
ALLE



hinc ortum proverbium. Viel Köche versalzen den Brei.
Vid. Dd. adl. si plures 3. §. apparet. 6. de administr. Tut. & in §. & si 1. Inst. de satisd. Tut. ac Curat. Add. Aristoteles Libr. II. Polit. c. 1. ubi communionis regulam à Socrate in sua Rep. reprehendit atque ad orcum damnat, & c. s. d. Libr. II. inquit, planè impossibilem esse illam vitam. Videatur Magnificus & Nobilissimus Dn. Georg Adam Struve, Jctus; famigeratissimus Professor in Illustri salana Publ. & ibidem per biennium Patronus ac Præceptor meus omni honoris & observantia cultu prosequendus in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XLI. §. 2. & in Syntagm. Jur. Feud. c. 1. aphor. 1. in exeg. n. 1. seqq.

§. II.

Res J. Gentium distinctæ &c.

Cum ideo rerum divisionem Reip. tum ad Pacem, tum ad meliorem rerum administrationem expedire viderent mortales, jure Gentium res sunt distinctæ, per l. ex hoc jure s. de J. & J. l. quarundam. i. d. A. R. D. ac singulorum factæ §. singulorum. 11. Instit. de R. D. Dominia enim sunt constituta, regna condita, termini agris positi & ædificia collocata d. l. ex hoc s. de J. & J. Hinc est quod Paulo l. possessio i. §. Dominium q. 1. de Acquir. vel Amitt. Possess. referente, Dominium rerum ex naturali possessione capisse, Nerva filius ait, ejusque rei vestigium remanere in his quæ Terra, Mari, cæloque capiuntur. Hæc namque protinus eorum fiunt, qui primi possessionem eorum apprehenderint.

§. III.

Mansere quedam res communes i. omnibus hominibus, ut res communes.

Mansere tamen res quædam communes vel I. Omnibus hominibus, illæ sc. quæ Jure Naturali non tantum hominibus sed & omnibus animalibus sunt usui communes, atque ideo etiam à sacratissimo Impe-



Imperatore nostro communes appellantur, quia per naturalem usum in communionem veniunt, ut (1.) Aër per *l. quædam naturali* 2. §. & *quidem* 1. de R. D. *juncto* §. & *quidem* 1. *Instit. de R. D. l. litora* 3. §. *maris* 1. *nequid in loco publ.* 1. *si intercedat* 1. *inpr. de S. V. P. l. injuriarum actio* 13. §. *si quis* 7. *l. si opus* 21. §. *in opere*. 2. *quod vi aut clam.* (2.) Ventus *l. cum talis* 14. §. *cum autem* 1. C. *de servitut.* (3.) Lumen *l. si is* 30. *de Usufructu* & *quemad. l. Gaurus* 10. *de S. V. P.* (4.) Mare & per hoc (i. e. quatenus terminant mare.) litora maris, *d. l. 2. de R. D. d. l. 13. §. 1. Nequid in loco publ. d. §. 1. Inst. de R. D. juncta l. quarundam* 1. §. *omnia* 1. *de A. R. D. & l. Litora*, 51. *de Contrab. Emt.* quod tamen non absolute, sed secundum quid accipiendum i. e. quatenus mare Oceanum vel nondum occupatum, vel secundum quosdam maris & litorum usus, quos occupantes ad se pertinere noluerunt. *Add. Nobiliss. Dn. Joh. Strauch. quondam Prof. salanus celeberrimus nunc Reip. Brunsvicens. Syndicus gravissimus, in Dissert. de Imperio Maris. c. 3. §. 2.* (5.) Aqua profluens i. e. aqua fluminis cui additur maritima quatenus sc. ipsa aqua ad lavandum, hauriendum, aquandum & similia adhibetur. (6.) Fera bestia §. *fera igitur* 12. *Inst. de R. D.* ubi dicitur illud quod antea nullius est id naturaliratione occupanti conceditur. Atque hæ res sunt communes omnibus mortalibus ratione usus, ratione autem proprietatis nullius. Nullum enim Dominium Jure Gentium constitutum est, in aëre, aqua vel mari *l. de precatio penult ad L. Rhod. de jactu.*

§. IV.

Vel II. Populo aut Genti. Quæ res in specie ^{§. Populo ut res publ.} ab Imperatore nostro gloriosissimo in §. *flumina* 2. & §. *riparum* 4. *Instit. de R. D. Publicæ dictæ sunt.* Nam differunt

A 3

ferunt

FRIED
VERS.
ALLE



ferunt à communibus quoad proprietatem, quia proprietas earum est alicujus populi aut gentis, quo ad usum autem cum communibus (modo non sit noxius usus illarum populo isti per *l. nemo 4. & l. riparum 5. de R.D.*) conveniunt ac in una sede morantur. Sunt namque simpliciter omnium ut *ex d. §. §. & ll. patet*, ut (1.) Flumina & quidem publica quæ perennia sunt, & perpetuo currunt *l. ait Prator. 1. §. fluminum 3. de Flumin.* (2.) Portus *l. nemo 4. & l. riparum 5. de R.D.* (3.) Jus navigandi, piscandi que *§. flumina 2. Inst. de R.D. l. riparum 5. de R.D. l. Prator un. Ut in flumin. publ. navig. lic. l. ait prator 1. §. si in mari 17. l. quominus 2. de Flumin. l. possideri 3. §. item feras 14. de Acquir. vel Amitt. Possess.* De Jure enim Naturali Gentium ac Civili omnibus ac singulis licitum est in publicis fluminibus & stagnis piscari ac navigare, adeo ut is qui prohibet injuriarum actione teneatur. *l. injuriarum 13. §. si quis me, 7.* (4.) Viæ publicæ *l. litera 51. de contrabend. Emt. Add. Magnif. ac Nobil. Dn. Præses in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. III. §. 76. c.f.*

§. V.

3. Universitatis, ut res universitatis

Vel III. Universitati, ut res universitatis *l. summa 1. pr. c.f. de R.D. & §. universitatis. 6. Instit. eod.* ita nuncupatæ quia earum proprietates certæ alicujus universitatis est, usus autem singulis communis qui in universitate illa degunt, ut Theatra, Stadia, forum, balnea publica, pascua, servus communis civitatis &c. *l. in tantum 6. §. universitatis 1. de R.D. l. prator. 2. §. & tam 2. & §. si quis in mari, 9. Nequid in loco publ. l. sed Celsus 6. in pr. de Contrab. Emt. l. injuriarum 13. §. si quis me, 7. Add. §. Idem juris Inst. de Inutil. stipul. §. loca sacra 5. Inst. de Emt. & Vend.*

§. VI.



0. VI.

Præterea etiam privata Res inter plures aliquando sunt communes, sive ut socios; cum nimirum vel præcedente consensu societatem ineuntes, rem vel in perpetuum vel ad tempus communem possident, *l. societas 1. pro socio. Vit. t. t. ff. pro sociot. t. Inst. de societate*: sive ut citra societatem in communionem incidentes; cum nimirum sine expresso consensu ineundæ societatis duo pluresve in communionem alicujus rei incidunt, *§. si duorum 27. & §. quod si frumentum 28. Inst. de R. D. l. rerum 30. de Usurpat & Usucap. l. arbor. 19. inpr. Com. divid. l. idem Pomponius 5. de R. V. l. illud quarendum 83. pro socio l. adeo quidem 7. & l. pro regione 8. de A. R. D.* Sed hæc communio rerum iterum aut incidit in res universales aut in res particulares. Res Universalis est hereditas, pluribus quoque delata modo; atque hinc ratione hereditatis communis datur Actio Familiæ erciscundæ *§. idem juris 4. Inst. de Oblig. quæ quasi ex contr. nasc. §. quedam actiones 20. Inst. de Action. §. si familia erciscunda 4. Inst. de Offic. Judic. T. T. D. & C. Familiæ ercisf. Add. de hac rerum communiōe in hereditate Donell. Lib. 15. Com. c. 23. Treutler volum. 1. Disp. 19. à 0. 9. usq. 13. Dn. Habn. in Wesenb. ad Tit. Famil. erciscund. Schneidwien. §. quedam act. Tit. de Action. Famil. erciscund. Inst. de Action.* In Particularibus sunt res quævis aliæ quocunq̄ue ex titulo inter plures etiam casu fortuito communes ad divisionem destinatæ. Unde ratione rei singularis communis Actio communi dividundo datur atq̄ue sic oritur quasi contractus de quo in præsentiarum mihi volupe est quædam (pro ingenii mei modulo quo me quam lubentissime metior) disserere atq̄ue eruditorum examini sub-
jicere. Cum autem in nomine Domini nostri JESU CHRITI
ad

FRIED
VERS.
ALLE

ad omnia consilia omnesque actus semper rectè progre-
dimur secundum sacratissimi nostri Imperatoris effatum
l. in nomine pr. C. de Offic. Præf. Prætor. Afric. &c. & in o-
mnibus conaminibus & actionibus nostris magni & omni-
potentis Dei auxilium imprimis nobis implorandum est.
Nov. 85. in pr. Cuncta namque bene geruntur & compe-
tenter, si rei cujusdam principium fiat decens & amabile
DEO. *Nov. 6. in præf. c. f.* è contrario vero maximè difficile
est ut bono peragantur exitu quæ malo sunt inchoata.
principio *C. 1. quest. 1. can. Principatus. 25.* & ubi Christus
non est fundamentum ibi nullum boni operis est super
ædificium *c. 1. quest. 1. can. cum Paulus. 26.* Ideo etiam hanc
dissertationem ab invocatione Divini nominis auspi-

0. VII.

Definitio.

His nunc præmissis confero me ad definitionem
nostri quasi contractus atque ejus definitionem subjicio;
eumque cum Magnifico ac Nobilissimo Dn. Præsidi Pa-
trono ac Doctore meo venerando, ita definio. Com-
munio rerum est quasi contractus, quo ii, qui,
absque initâ consensu expresso societate, in re
aliquâ particulari junguntur, ita, ut ea ipsis sit
communis, sibi invicem obligantur ad com-
municanda commoda & resarciendum impen-
sas ac damna. *l. nam cum tractatu 32. pro socio l. heredes
25. §. non tantum 16. vers. fin. Eadem. Famil. erciscund & §.
Item. 3. Inst. 3. de Oblig. quæ ex quasi contr. nasc. Vid. Magnif.
ac Nobiliss. Dn. Præses in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XV. 0. 18.*

0. VIII.

*Personæ
contrahen-
tes*

Personæ contrahentes sunt, quirem aliquam com-
munem

munem habent inter se, non quidem ex societate, quæ
expresso consensu contrahitur, *l. societates 5. §. societates 1.*
l. si non 29. l. nam cum 32. l. pro socio 38. l. duo 71. pro socio, &
verus contractus est: sed ex accidenti, præter spem ac pro-
positum, ut ii, quibus res una donata ac legata, vel qui
rem unam simul sine affectione societatis emerunt, *l. ut*
fit 31. l. ut in 33. pro socio, §. item si 3. Instit. de Oblig. qua quas.
ex contr. §. quedam actiones 20. Inst. de Action. Ineunt igitur
hunc quasi contractum omnes, qui secundum genera-
les regulas bona sua administrare, atque alienare, nec
non inter se contrahere possunt. *Add. Magnificus ac Nobi-*
lis. Dn. Præses in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. VI. §. 26. seqq.
usq. ad §. 42. ejusd. Exerc. VI.

§. IX.

Objectum hujus quasi contractus sunt res omnes, *Objectum.*
quæ in communionem veniunt, sive ergo Emtionis, *per*
l. ut fit 31. pro socio. l. cum proponas 2. C. eod. sive Dona-
tionis, sive Legati *per l. filia 20. §. famil. erciscunda 4. Fa-*
mil. ercisc. sive aliis negotii titulo veniunt. Huc ergo et-
iam pertinet communio Conjugum. Nam in quibusdam
Regionibus moribus introductum est, ut omnium bono-
rum communis, ac universalis societas ipso jure inter
Conjuges constituatur. Sic de Hollandia, Geldria, Flan-
dria, Lusitania, nec non Ducatu Slesvicensi testantur il-
lud *Grotius de Antiq. Reip. Batav. c. 2. Neostad. de pact. an-*
te nupt. observ. 15. seqq. Matth. de Afflict. Decis. LXI. n. 5.
Fridr. à Sande ad Consuet. Feud. Geldria tract. 11. t. 2. cap. 3.
n. 1. Alvar. Valascus de Partition. & Collat. cap. 1. Decis. 183.
n. 2. Christin. Vol. IV. Decis. 72. n. 2. Add. Simon van Leeu-
wen in Censura Forens. Lib. 4. c. 23. Paul Cypræus de Sponsali-
bus.

FRIED
VERS.
LALLE



bus. c. 2. §. 14. num. 4. & §. 35. n. 5. Idem de Matrimonio c. 8. n. 5. Et hæc Conjugum communio etiam cum Jure Saxo- nico cognationem habet. Vid. Land-R. art. 31. & 45. ubi dicitur maritum & uxorem omnia bona sua communi- ter, ac pro indiviso possidere. Germ. **In ungetheilten Gütern sitzen.** Matth. Coler. de Processib. Executiv. part. 1. cap. 2. num. 191. Zobel. de different Jur. Civ. & Saxon. dif- fer. 26.

l. X.

Forma.

Forma hujus quasi contractus consistit in ipsa actua- li & reali communione. *l. heredes ejus, 25. §. non tantum. 16. v. eadē sunt, Fam. ercisc. l. societatem. 4. in pr. pro socio.* Veluti si fratres consortes post mortem communium parentum bona, quæ ex eorum successione obvenerunt, indivisa retineant, lucra ac damna exinde provenientia commu- nia illis sunt, ex eo, quod re ipsa et ipso facto ostendant, se socios esse: i. e. rem communem quidem inter se habe- re, sed sine animo & conditione ineundæ societatis. Hinc attendenda venit differentia, quæ se offert inter Rerum communionem ac inter societatem. Nam societas in ex- presso consensu consistit, quia res in societate eo animo & affectione conferuntur, ut communes fiant, *l. nam cum 32. pro socio.* hoc autem in rerum communione non fit: sine consensu enim ac ullo tractatu de ea re habito com- munitio suscipitur, uti hoc videre habemus in coheredi- bus, collegatariis, &c. Hos non consensus, sed Res, ut egregie Paulus Jct. loquitur *in d. l. heredes ejus 25. §. non tantum 16. vers. f. & casus conjungit.* Nam alter in alte- rum quasi fortunâ incidit juxta Ulpiani effatum *in l. ut sit 31. l. nam cum 32. l. ut in 33. pro socio.* Add. Cujac. *in l. 1. l. edit.*

edit. Zabrot. Dn. Frantzkius ad T. pro socio num. 2. seqq. Zae-
sius ad T. pro socio. Vinnius Comm. ad Instit. T. de societate.
Schneidw. in Inst. T. de Act. §. quaedam act.

§. XI.

Rerum communio sic inter aliquos, citra societa-
tem constituta, duarum rerum obligationem producit:
nam & consortem ad rerum divisionem obligat, & in-
communione manenti praestationibus quibusdam, ad
eam communionem pertinentibus, implicat. *l. communi*,
1. l. per hoc 4. §. sicut autem 3. l. si quis 6. §. quare 1. Comm. di-
vid 1. Idem Labeo 22. §. familiae erciscunda peult. Famil. er-
cisc. §. quaedam actiones 20. Inst. de Act. Praecipua obli-
gatio autem est, quod consors, si sponte à communio-
ne desistere nolit, compellatur ad divisionem iudicio di-
visorio: in eo autem hoc maxime agi notum est, ut sua
cuique parte adjudicata, à communione, ad quam neque
suscipiendam, neque retinendam nemo invitus compelli
potest, *l. si non sortem 26. §. si centum 4. c. f. l. in commu-*
mone 5. C. Comm. divid. l. invitus 156. de R. J. discedatur. l.
haec actio 1. Famil. ercisc. l. communi 1. Comm. divid. §. quae-
dam action. 20. Instit. de Act. Divisio igitur fit hoc modo;
vel (1.) si res quaedam sint, quae commodè divisionem re-
cipiant, ut earum singulae partes singulis adjudicentur
à Iudice, *§. Eadem 5. Instit. de Offic. Judic. l. & puto 16. §.*
usufr. 2. l. item Labeo 22. §. familiae erciscunda. 1. Famil. er-
cisc. vel (2.) si quaedam res in divisionem veniant, quae di-
vidi quidem, sed non aequaliter, possunt; ut is, qui pra-
gravatur, ab altero compensationem expectet, l. si quis 6.
§. Officio jud. 10. l. communi 7. §. Neratius 1. l. item quamvis
10. Comm. divid. l. Maevius 52. §. arbiter 2. Famil. ercisc. l. si

Obligatio
indefluens.

B 2

pro-

FRIED
VERS.
ALLE



probatum 2. C. Comm. divid. §. Eadem, 5. Inst. de Offic. Jud.
vel (3.) si res aliqua commode dividi nequit, ut Homo,
Jurisdictio; tunc ea res tota uni adjudicetur, ac is invi-
cem alteri certâ pecuniâ pro rata condemnetur. d. l. item
Labeo 22. l. heredes ejus 25. §. an ea stipulatio 9. l. si familia
ercisc. 55. Famil. ercisc. l. Imperator 11. ad Municip. l. cum
constet 5. §. inter duos. de Aqua quotid. & estiv. l. communi
7. §. cum de usufructu 10. Comm. divid. l. ad officium 3. C. eo-
dem & d. §. Eadem 5. verb. quod si commode Instit. de Offic.
Judic. Add. Simon van Leeuwen Censur. Forens. Libr. IV. c.
27. n. 5. Magnif. ac Nobiliss. Dn. Praeses Syntagm. Jur. Civil.
Exerc. XV. §. 24.

Præstationes personales inducuntur vel lucri, vel
damni, vel impensarum nomine per l. incommuni 3. Com-
ment. divid. & quidem

(I.) LUCRI, nimirum ut is, ad quem è consortibus
aliquid ex re communi pervenit, illud cæteris communi-
cet. l. In summa 11. Comm. divid. l. ad officium 3. l. eod. §.
item si 3. de Obligat. quæ ex qf. contr. nasc.

(II.) DAMNI, scilicet ut is, cujus dolo, culpave le-
vi aut negligentia aliquid damni in re communi factum,
aut datum est, illud cæteris consortibus pro cujusque
portione resarciat, l. & puto 16. §. sed etsi 4. l. heredes ejus
25. §. non tantum 16. & §. item culpa 18. l. inter coheredes 44.
§. quod ex factis 5. Famil. ercisc. l. cum duobus 52. §. utrum-
ergo 2. pro socio. l. contractus 23. de R. J. l. si is, 20. l. si con-
venerit 23. l. Sabinus 28. Comm. divid. l. si major c. f. C. eod.
Add. Henning. Hammel, in Tract. ad Tit. Inst. de Action. c. 51.
num. 27.

(III.) IMPENSARUM, nempe ut Cõsorti, qui pro-
pter



prer suam partem necesse habuit impensas utiles, ac ne-
cessarias in rem communem facere, illæ expensæ à confor-
tibus cæteris ipsi pro ratâ refundantur, *d. §. Item si 3. Instit.*
de Obligat. quæ ex qf. contr. nasc. l. his consequenter 18. §.
sumtum. 3. d. l. heredes ejus 25. §. idem juris 13. Famil. er-
cisc. l. per hoc iudicium 4. §. sicut autem. 3. d. l. in summa 11.
l. in hoc iudicium 14. §. impendia 1. Comm. divid. § d. l. si
major 4. C. eod. Add. Henn. Hammel, d. tr. de Action. cap. 51.
n. 29. Magnifici ac Nobilissimi Dn. Præsidis Macenatis mei de-
venerandi Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XV. §. 25.

§. XII.

Videmus igitur, quod nemo dominorum in re com-
muni quidquam invito altero jure facere possit, *l. parie-*
tem 8. de S. P. V. l. Sabinus 28. in pr. Comm. divid. Ac ex in-
de apparet luce meridianâ clarius, prohibendi jus esse: in
re enim pari seu communi potior est causa prohibentis
uti Papinianus JC. eminentissimus *in d. l. Sabinus 28.*
Comm. divid. docet. adde *l. per fundum 11. de S. P. R. l. rece-*
ptum 18. Comm. Prædior. c. 56. de Reg. in 6. sic socius in
muro communi pro lubitu suo ædificare non potest, *l. an*
unus 11. si servit. vindic. l. quidam 13. in pr. l. fistulam 19. l.
eos, qui 40. de S. P. V. ut tamen factum opus tollat, cogi
non potest, imprimis si cum prohibere poterat socius, hoc
intermisit, *d. l. Sabinus 28. in m. Comm. divid.* ubi JC. ex-
pressè ita loquitur: Etsi in communi probiberi socius à
socio, nequid fiat, potest; ut tamen factum opus tollat,
cogi non potest, imprimis si cum prohibere poterat,
hoc prætermisit. Et licet aliàs, alteri per alterum iniqua
conditio inferri non debeat, *l. non debet, 74. de R. J.* ta-
men, qui non repugnat, consensum suum dare intelligi-

Potestas al-
terius Do-
mini in Re
communi.

B 3

tur,

FRIED
VERS.
ALLE



eur, *l. sed quæ Patris 12. de spons.* Et tritum immo Lippis ac
Tonforibus notum est: consentienti, atque volentiu-
lam fieri injuriam, *l. in diem 9. §. ideo autem 1. de Aqua &
aqua pluvi. arcend.* & quod semel placuit amplius displice-
re non posse, *c. 21. de Reg. in 6.* neminique licitum esse mu-
tare suum consilium in alterius injuriam, *l. nemo 75. de
R. J.* Quapropter hoc in casu si jam ædificatum est actio
negatoria, jus scil. ipsi non esse ita ædificatum habere non
competit socio; *l. an unus. 11. si servit. vindic.* ab initio et
enim conatui potius obviare & prohibere debuisset,
quam ad tollendum jam agere. Nam melius est in tem-
pore occurrere, quam post vulneratam causam reme-
dium quærere, *l. liberum. 1. C. quando licet unicuiq., &c.*
Damnum ergo quod sua culpa sentit, sentire non vide-
tur, *l. quod quis 203. de R. J.* Culpa autem ipsius fuit, quod
consenserit, cum non debuisset consentire. Consentien-
tibus enim & jura sua remittentibus regressus dandus
non est, *l. queritur 14. §. si venditor. 9. de Edilit. edict.*

¶ XIII

*Quando
finitur.*

Denique autem Communio dissolvitur, cum inter
socios vel confortes, vel eos, qui rem vel eandem pariter
emerunt, vel quibus res eadem testamento legata, *l. nihil
autem. 2. Comm. divid.* lis oriatur de re ista communi,
quam antea pro indiviso possederant, ac ideo indivasas
partes discedant, nec non de re ista communi dividenda
inter se agant, nobilissimumque Judicis officium implo-
rent,

¶ XIV.

*Actio inde
fluens.*

Inde oritur Actio communi dividendo; qua illi
quibus res particularis communis est, inter se agunt de re
ista

ista dividenda, commodis communicandis, damnis dolo
lata & levi culpa datis, alioque interesse, re communi non
rectè alterum usum esse, præstandis, ac impendiis resti-
tuendis, *l. communi. 1. l. incommuni, 3. l. si ades. 12. l. si is, 20.*
Comm. divid. §. Item si. 3. Instit. de Oblig. qua ex qs. contr.
nasc. Videatur Magnif. & Nobiliss. Dn. Præsidis Syntagm. Ju-
rispr. Exerc. XV. §. 17. Nobiliss. Dn. Job. Strauch. in Dissert.
XXIX. ad Jus Justinian. Privat. Dissert. XIV. §. 20.

§. XV.

Fundamentum sive causa, ex qua datur hæc Actio,
est duplex: nimirum DOMINIUM, ut scilicet ex illa re cu-
jus nonnulli sunt Domini conjunctim, aut in quâ re sal-
tim jus in re habent, unusquisque suam partem divisam
accipiat, *l. communi, 1. l. incommuni, 3. l. per hoc iudicium,*
4. Comm. divid. §. l. frater tuus C. eod. Et COMMUNIO RE-
RUM, à quâ ut recedatur petitur. *d. l. cõmuni 1. Comm. divid.*
sive ex societate, sive ex legato, sive ex donatione res
communis sit. *l. nihil autem. 2. Comm. divid. §. item si, 3.*
Instit. de Obligat. qua ex qs. contr. nasc. Add. sæpius laudatum
& citatum, Magnifici ac Nobilissimi Dn. Præsidis, Syntagma
Jurispr. Exerc. XI. §. 3. & Exerc. XV. §. 18.

Funda-
mentum.

§. XVI.

Atque ob hanc duplicem causam mixtis accensetur *Est mixta.*
Actionibus hæc nostra quoque Actio Communi divi-
dendo. *§. quedam actiones Instit. de Act.* Quot autem mo-
dis mixtæ actiones dicantur L. B. apud Bachov. in not. ad
Trent. Vol. I. Disp. XIX. §. 14. l. D. videre potest, ubi genera
mixtarum actionum bene exponit. Nos hic nostram
actionem mixtam appellamus, quia ex duobus constat,
ex rebus scilicet & præstationibus, & ita in rem, & in per-
sonam

FRIED
VERS.
ALLE



sonam datur. *l. in communi*, 3. *in pr. l. per hoc iudicium*, 4. §. *sicut autem. Comm. divid. & d. §. quaedam actiones Inst. de Act. §. Eadem. 5. Instit. de Offic. Judic. Wesenb. par. D. Domm. divid. Cujac. par. C. Comm. divid.* Rationes vero dissentientium ac negantium esse actiones mixtas, propter temporis penuriam, quo circumcludor, hic examinare, atque adducere animus mihi non est; sed sicco pede transeo, quia satis superque ac solide à *Bachov. d. l. ad Trent. l. D. de refutantur.*

*Differen-
tia.*

0. XVII. Actio autem nostra in multis ab actione Familiae erciscundae, nec non actione pro socio differt. Apparet itaque differre Eam. I. ab actione Familiae erciscundae, quia (1.) Actio nostra est particularis, daturque de rebus particularibus. *l. per hoc iudicium*, 4. *l. communi*, 7. *l. si ades*, 12. *Comm. divid.* Illa vero Familiae erciscundae scilicet actio est universalis, *l. per Familiae erciscunda. 2. Famil. ercisc. l. hereditas. 62. de R. J.* (2.) quia nostra actione pluries agi potest, & si aliquid indivisione hereditatis non divisum fuit, hoc communi dividendo peti potest, *d. l. per hoc iudicium*, 4. §. *hoc iudicium. 4. Comm. divid.* Illa vero regulariter non amplius, quam semel tantum agi potest. *l. si filia. 20. §. Familia erciscunda, 4.* (3.) quia nostra actio competit omnibus, quibus res ex quacunque causa est communis, sive habeant rem communem incidenter, vel sine societate, ut quia res duobus vel pluribus simul est donata, aut legata. §. *item si inter*, 3. *Inst. de Oblig. que ex qf. contr. nasc. l. nihil autem, 2. l. in iudicium*, 13. *l. in hoc iudicium*, 13. *l. in hoc iudicium*, 14. *Comm. divid. l. sicut in rem. 3. C. de prescript. XXX. vel XL. annor.* Illa vero datur solum inter-

intercoheredes, *l. hac actio. 1. Familercisc. II.* ab actione pro socio, & iterum quidem (1.) quia nostra Actio ex quasi contractu oritur. *d. §. si inter, 3. de Obligat. qua qf. ex contr. nasc.* Illa autem actio pro socio nimirum venit ex contractu, *ut late constat ex T. D. & C. pro socio, nec non ex T. Instit. de societate.* (2.) quia nostra actio datur, licet res ex incidenti præter spem ac opinionem fiat communis, *d. §. si inter.* Illa autem requirit, ut vel expressè, vel tacitè societas sit contracta. *l. ut sit pro socio, 31. pro socio.* (3.) quia nostra actio semper ad dividendum competit. Illa autem ad diversa datur.

θ. XIIX.

Antequam autem ad Personas progredimur præ- *Divisio:*
monendum omnino venit hanc actionem Communi dividundo dividi à Dd. in Directam atque Utilem. Directa est, quæ datur de rebus corporalibus & competit directis & veris dominis. Nimirum illis, qui rem habent communem, nec non pro indiviso ex justâ aliquâ causâ seu titulo, *Cui datur directa.*
l. communi, 7. §. prædones. 4. Comm. divid. l. hoc edicto, 1. §. verba autem, 1. l. quo lucidius, 1. §. ideo autem, 1. de doli mal. & met except. l. itaq; fullo. 12. §. sed furti, 1. de Furt. eam possident, l. communi. 1. l. per hoc iudicium, 4. & d. l. communi, 7. §. plane. 9. Comm. divid. Item datur hæc actio communi dividundo, sive neuter possideat, sive uterque possideat, sive alter sociorum fundum possideat, alter non, *l. communi, 30. Comm. divid. sive omnes, sive certi ex his divisionem desiderant, l. etsi, 8. in pr. l. si quis in f. 29. Comm. divid. Wesenbec. par. Comm. divid. num. 3. Treut. Disput. XIX. θ. 15. Vol. 1. Schneidw. in §. quedam act. 20. de Act. Comm. divid. n. 15. Instit. de Act. Nobilis. Dn. Strauch.*

C

112

ERJED
VERS.
LALLE



*in Dissert. XXIX. ad Jus Justinian. Privat. Dissert. XVI.
θ. 20. e. f. Anton. Perez. in Comm. ad C. T. Comm. divid.
n. 3.*

θ. XIX.

*Cui datur
utilis.*

Utilis vero datur de rebus incorporalibus, atque etiam non dominis competit; si modo jus simile in re habeant, *l. si quis, 6. l. communi, 7. l. arbor, 19. Comm. divid.* Ergo illi quoque, qui in rem Publicianam habent, hoc iudicium exercere possunt, *d. l. communi, 7. §. qui in rem, 2. Comm. divid.* Item ille, qui putavit sibi cum alio rem, seu fundum esse communem, cum esset, cum alio communis, utili communi dividendo iudicio agi poterit; *l. si quis, 6. in pr. l. in hoc iudicium, 14. §. impendia. 1. verb. at cum puto. l. si quis, 29. Comm. divid.* Nec non in iis personis, qui fundos vectigales possident communi dividendo iudicium locum habet, *d. l. communi, 7. in pr.* Vectigalis ager autem an regionibus dividi possit, *in d. l. communi, 7. in pr.* ab Ulpiano proponitur. Et licet nihil vetet vectigalem etiam fundum indivisionem venire, ac inter condivisores dividi, neque hoc neget JC. *in d. l. in pr.* tamen ait ab huiusmodi divisione, quæ regionibus fit, magis debere Iudicem abstinere, quantum scilicet facere potest, additque rationem, ne alioquin præstatio vectigalis confundatur. *Vid. Cyprian. Regneri ab Oost erga Censur. Belgic. ad l. 10. T. Famil. ercisc. & ad l. 7. T. Comm. divid. Oldendorp. Progymnasm. Act. For. Clas. IV. Act. 22.*

θ. XX.

An vero Vasalli, hoc communi dividendo iudicio agere possunt pro divisione Feudi, famosa est quaestio, ac ob quam Dd. maximè inter se disceptant. Sunt namque non-

nonnulli, qui plane negant Feudum divisionem admit-
tere; quia feuda in totum & pro parte alienari regulari-
ter prohibentur, *II. F. 9. 24 44. 52. & 55.* ergo etiam dividi,
quoniam divisio se habet instar alienationis, *per l. divisio.*
1. C. commun. utriusq. jud. Add. Tiraq. de retract. lig. §. 32.
gloss. 1. n. 88. Morqueck. in tract. de division. b onor. Libr. I.
c. 2. n. 14. & 37. Barbos. collect. in Libr. III. C. T. 38. l. 1. Al-
var. Valasc. de Jure Emphyteut. quest. 38. n. 18 & de parti-
tion. quest. 37. n. 22. Nobiliss. Dn. Job. Brunneman Comm. in
C. T. comm. utriusq. Judic. Cum quibus Accursius con-
sentit inquit, Feudi divisionem fieri, de non debere ne
præstatio servitii confundatur. Alii vero distinguunt,
per text. II. F. 55. cap. 1. versc. præterea Ducatus, &c. inter
Feudum Regale, seu dignitatis, & Feudum non Regale,
seu non dignitatis. De his affirmant, de illis vero negant.
Vid. Socin. cons. 67. n. 25. vers. 3. Lib. I. & cons. 165. 278. n. 1.
Lib. II Curt. Jun. de Feud. in 4. part. quest. 30. Finckelthaus
in controvers. Feud. Disp. II. §. 9. Domin. Arumeum Discurs.
ad A. B. Discurs. IV. §. 4. & Discurs. VI. §. 33. Alii denique
sunt, quibus me adjungo, qui indiscriminatim, Feuda di-
vidi posse, statuunt. Quia moribus ac consuetudine ho-
die introductum etiam Feuda majora (exceptis solum
Electoralibus) si res ita exigat, dividi, ac ita, §. 1. vers.
præterea. II. Feud. 55. quo ad Feuda regalia, quippe etiam
per desuetudinem abrogatum esse, mutata conditione
& statu ejusmodi feudorum. Rosenthal. de Feud. c. 7. con-
clus. 15. & c. 9. concl. 56. n. 5. Andr. Knichen de privileg. Sa-
xon. non provoc. jure, c. 3. vers. Ducum Saxonie. Gail. II. Ob-
serv. pract. 153. n. 2. Borcholt. de Feud. c. 7. n. 41. Anton. Fa-
ber. in rational. ad T. D. Comm. divid. & ad T. C. de jure,

*Emphyteo. Add. Magnif. ac Nobiliff. Dn. Praesidem in Syn-
tagm. Jur. Feud. c. IX. aphor. 5. in exeg. n. 4. & 5.*

θ. XXI.

Præterea datur quoque utile & quasi communi di-
videndo, ut loquitur Ulpianus noster, *in l. si cuius. 13. §. sed si inter duos, 3. de Usufr. & quemadm. iudicium illis personis usumfructum communem habentibus, l. communi. 7. §. sed etsi, 7. & §. cum de Usufr. 10. Comm. divid. Ratione servitutum autem prædialium non datur etsi per eundem locum forsan debeantur, quia non sunt communes, utpote prædiis distinctis debitæ, l. arbor, 19. §. si per, 2. Competit tamen nonnunquam ratione exercitii dividendi, d. l. arbor. 19. §. si per, 2. & §. aquarum. 4. Comm. divid. & l. Lutio Titio, 4. de Aqua de quot. & estiv. Tandem quoque inter creditores pignoratitios huic iudicio locus est, salvo tamen jure debitoris, d. l. communi, 7. §. inter eos, 12. & §. si duo, 6. Comm. divid. Add. Wesenbec. par. Comm. divid. n. 3. Zæf. ad d. T. n. 7. Anton. Faber. in d. T. ad d. l. communi, 7. Schneidw. §. quedam actiones, 20. de Comm. divid. act. n. 15. Inst. de Act. Anton. Perez. Comm. in C. ad d. T. Comm. divid. n. 5. Magnificus ac Nobilissimus Dn. Praeses in nunquam satis laudato opere Syntagm. scil. Jur. Civ. Exerc. XV. θ. 26.*

θ. XXII.

*Contra quas
datur.*

His vero missis, nunc aggressum facimus etiam ad illas personas, contra quas hæc actio instituitur, & datur hoc iudicium adversus socium vel consortem, vel alium cui socii pars contigit per emtionem, vel alio quocunque modo. *l. incommuni. 3. Comm. divid.* neque inter est, an possideat, an non possideat, datur enim contra utrumque,

que, l. communi 39. Comm. divid. Item dari communi dividundo Actionem contra singularem successorem colligunt. *Dd. ut Bart. Bald. Salicet Angel. Sichard. Vide Barbosa. collectan. in Libr. III. C. ad T. Comm. divid. l. 1. Anton. Perez. in Comm. C. ad T. Comm. divid. n. 3. § 4.*

θ. XXIII.

Ex his apparet igitur hoc iudicium esse duplex, quia ^{Duplex est hoc iudicium,} uterque & actor est, & uterque etiam Reus. *l. si idem 11. in m. de Jurisdic. l. in tribus. 13. de Judiciis. l. iudicium, 10. Fin. Regund. l. nihil. autem, 2. §. in tribus. 1. Comm. divid. l. inter coheredes, 44. §. qui familia. 4. Famil. ercisc. l. actionis, 37. §. mixta. 1. de O. & A. Iudicii vero ordinandi gratia magis placuit eum pro Actore habere, qui ad iudicium provocasset, *d. l. in tribus. 13. l. qui appellat. 29. de Judiciis. l. in jus 1. de in jus vocand. §. d. l. nihil autem. 2. c. f. Comm. divid. add. c. forus est. 10. vers. Actor. de V. S. in 6to.* Sed cum ambo ad iudicium provocant, tunc res venit forte dirimenda. *l. sed cum. 14. de Judiciis. l. si duobus. 3. C. Comm. de Legat. Add. Oldend. d. tr. class. IV. act. 22. Johan. Jacobus Speidelius in not. ad Thes. Pract. Besold. n. 69. verb. Rosen; sortiren. Simon van Leeuwen Censur. Forens. Libr. IV. c. 27. num. 4. Nobiliss. Dn. Hahn in observat. Theor. Pract. ad Wesenb. ad Tit. Comm. divid. n. 5. Magnific. ac Nobilissimus Dn. Praeses Exerc. IX. θ. 4. Exerc. XIV. θ. 54. Exerc. XV. θ. 22. Syntagm. Jur. Civ.**

θ. XXIV.

Consideratis hactenus iis personis, quibus Actio ^{Quibus non datur.} communi dividundo datur, & adversus quos, nunc pervenimus etiam ad eas personas, quibus denegatur. Non igitur locum habebit communi dividundo iudicium in-

C 3

ter

FRIED
VERS.
HALLIE



ter Prædones, *l. communi*, 7. §. *prædones*. 4. *Comm. divid.*
quia nemo ex improbitate sua consequi debet actionem,
l. itaq. 12. *de Furt.* neque inter eos, qui rem clam possi-
dent, quia injusta & vitiosa semper clandestina possessio
est, *d. l. communi*. 7. & *d. §. inter prædones*, 4. *l. si duo*. 3.
Uti possidetis. l. prætor. 1. & *t. t. quod vi aut clam*. Neque
Colonis, neque eis, qui depositum susceperunt, hoc no-
strum iudicium Communi dividendo competit, quam-
vis naturaliter possideant, *l. communi*. 7. §. *neq.* *Colonis*. 11.
Comm. divid. Ratio autem cur illis actio nostra non de-
tur, est, quia Coloni vel Depositarii nullo modo rem
possideant animo Domini, vel ut Domini, sed potius
animo alieno, seu alienæ potius utilitatis, quam propriæ
gratiâ, & licet sint in prædio, tamen non possident, *per l.*
officium autem. 9. e. f. *de Rei vindic. l. Celsus scribit*. 5. §. *Ju-*
lianus autem. 1. *Ad Exhibendum. l. possessio*. 1. §. *per eum*, 8.
& *l. permisceri*. 52. *de Acquir. vel admitt. Possess. l. certè si in-*
terim. 6. §. *is, qui rogavit*, 2. *de Precario, l. qui ex conducto*,
1. *C. Comm. de Usucap. Add. Cyprianus Regneri ab Oosterga*,
Censur. Belgic. in Tit. Comm. divid. ad l. communi. 7.

θ. XXV.

Ad quid
detur.

In hac autem nostra actione communium rerum
singularium divisionem petimus, *l. communi*. 1. *l. incom-*
muni. 3. *l. per hoc iudicium*. 4. *Comm. divid.* Item perso-
nales præstationes, nimirum (1.) impensæ de in rem
communem factæ, exiguntur, ad quas alter alteri ex quasi
contractu communionis est obligatus, *d. l. in communi*. 3.
d. l. per hoc iudicium. 4. §. *sicut autem*. 3. *l. si quis*. 6. §. *qua-*
re 1. *l. in summa* 11. *Comm. divid.* §. *idem*. 3. *de Oblig. qua qd.*
ex contract. nasc. Et (2.) Hæc actione repetuntur quo-
que

que fructus, quos alter ex re communi solus percepit, si-
ve colendo, siue locando fundum, *d. l. per hoc iudicium.*
4. §. sicut, 3. c. f. d. l. si quis, 6. §. siue autem. 2. d. l. in summa.
11. Comm. divid. nec non datur actio nostra, si quis rem
communem deteriore fecerit, forte servum vulneran-
do, aut animum eius corrumpendo, aut arbores ex fun-
do excidendo, *l. etsi non omnes, 8. §. venit. 2. Comm. divid.*
Denique quicquid dolo, culpae socii admissum est no-
stro iudicio continetur, *l. si is, cum. 20. Comm. divid.* Di-
visio autem ista quomodo instituenda una cum praesta-
tionibus personalibus supra in *θ. XI.* expositum fuit, quo
nos referimus. *θ. XXVI.*

Nos statuimus perpetuam esse nostram Actionem,
secundum vulgatum versiculum:

Actio Communi nullo praescribitur aeo.

*Quo tempore
re praescri-
batur.*

l. pen. Codic. Comment. divid. §. 1. t. D. eod. & quia
nemo invitus in communi detinendus est, *l. si non*
sortem, 26. §. si centum 4. de Condict. indebit. licet etiam
ita conventum sit, *l. in hoc iudicium, 14. §. si convenit.*
2. Comm. divid. etsi per XL. aut plures annos in commu-
nitione steterint, facultati dividendi non praescribitur,
quia dividere velle, res est merae facultatis. Verum enim
vero, illi, qui contrarium statuunt, adducunt textum,
l. super annali. 1. §. adhuc. 1. verb. nemo itaque audeat, neque
actionis Famil. ercisc. neque communi dividendo actionis vi-
tam longiorem esse. XXX. annis interpretari. C. de Ann. Ex-
cept. atque ita ex hoc textu probare se allaborant actio-
nem nostram intra XXX. annos praescribi. Sed Resp. d. l.
textum loqui, ac procedere, pro ut ex eius literatura &
contextura apparet; scil. quoties unus saltim possidet, &
alius

FRIED
VERS.
LALLE



alius, qui habet communionem non possidet; nam tunc actio illa personalis competens illi, qui non possidet, ad petendum dictam dimidietatem, vel partem, quam habet in re communi, bene praescribitur XXX. annis, & hoc est, quod probat, *d. §. ad hac. l. l. i. C. de Ann. Except.* non vero procedit in pluribus possidentibus rem communem, nam illis non currit praescriptio, quo minus quilibet eorum quocunque tempore possit petere divisionem, si enim divisioni praescriberetur multiplicarentur, alias lites, cum tamen praescriptio ad lites dirimendas est introducta. *Add. Guttier. de juram. confirmat. p. i. c. 58 n. 9. Nobiliss. Du. Brunnemann. Comm. in Cod. ad d. l. super annuali. 1. T. de Ann. Except. Barbos. collect. in Cod. Tom. I. ad T. Comm. divid. l. in communione, 5. Anton. Perez. in Cod. ad d. T. Comm. divid. n. 7. & n. 8. Schurff. cons. 37. n. 15. Bald. de praescript. p. IV. quest. 18. Wesselingius in Nomognostico Jur. Universi Theor. Practic. Vol. I. p. 30. Magnificus ac Nobilissimus. Dn. Praeses in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. XV. §. 27.*
§. XXVII.

Denique cum haecenus in hac nostra Dissertatione, exposuimus omnia fere necessaria requisita, quae pertinent ad instituendum Judicium nostrum, ac simul consideratis personis, quibus & adversus quas datur. Ergo existimamus, nec oleum, nec operam perdere, si paucula, quaedam, pro ingenii tenuitate, ac temporis simul habitatione, ad praxin pertinentia adduxerimus, quae ex antea dictis tanquam principiis deduci debent. Nam jure bene cognito, illud ad negotia ob venientia caute, ac prudenter est applicandum, si aliquis in ista applicatione haesitet, nunquam sibi certam juris cognitionem comparare

rare potest. Cum enim praxis non in nudis formulis per-
sistat, sed potius in exacta, ac ingeniosa juris applicatio-
ne, ideo casu forte obveniente, sic erit Libellus in foro
formandus.

FORMA LIBELLI.

So dem N. N. erscheint N. N. bedinget Ihm
alle competirende Beneficia juris und er-
sprieszliche Rechts Wohlthaten / und saget kurtzli-
chen / wie / das Er / Kläger / einen Weinberg zwischen
N. und N. Weinbergen vor dem Johannis Thor
liegende / mit Beklagtem zugleich umb baares Geld
erkauftet / auch solchen Weinberg numehro nahe in
die vierzig Jahr lang zugleich besessen / und die
Fruchte und Nutzungen davon mit einander genos-
sen.

*Quomodo
Libellus in
hac Act. for-
mandus.*

Weil dann aber neulicher Zeit / ohngefehr vor
sieben Wochen / zwischen Klägern eines und Be-
klagten andern Theils / wegen des Fränckischen
Gewächses Theilung / so in gemeldtem Weinberge
dieses Jahr gewachsen / ein sehr hefftiger Streit und
Zwist entstanden und vorgelauffen ist : Nehmli-
chen / es hat Beklagter / in Abwesenheit und ohn
Vorberwust des Klägers / das Fränckische Gewäch-
se ganz ablesen lassen / und nachmahls über hundert
Floren Rheinisch daraus Nutzung genossen. Weil
aber Kläger dieses Jahr allein auff die zwanzig

D

und

FRIED
VERS.
LALLE



und mehr Thaler baare Unkosten auffgewendet /
den Weinberg recht zu bestellen / und in gutem
Wohlstande zu erhalten; vorgedachter Beklagter
aber / solche wieder zu erstatten / sich nicht nur wei-
gert / sondern auch / über dieses anhero gemeldete
hundert Floren Rheinisch mit Klägern zu theilen
sich ganz nicht verstehen wil. Als erachtet Klä-
ger nicht ratsam zu seyn / diesen Weinberg in künfft-
tig und hinführo mit Beklagten in gemein zu besitz-
zen; indem Klager über dies wohl und reiflich er-
wogen / den Zanck / Streit / Mißtrauen und ander
viel unzehlich Ubel / so aus der Sachen Gemeinhas-
bung entspringet / und solche gleichsam auff dem
Fuße begleitet: Ja auch Niemand wider seinen
Willen / von Rechts wegen / gezwungen und ange-
halten wird / in ungetheilten Gütern zu verbleiben /
sondern iedem Freystehet vō der Gemeinschaft ab-
zustehen nach seinem Belieben / und die Theilung
vom Richter zu bitten. Derowegen wird Klager /
(diesen allen / und andern mehr Ungelegenheiten / so
aus der Sachen Gemeinschaft fließem / vor zu
kommen) nothdringend gezwungen / die Sache an
N. N. gelangen zulassen: demüthigst bittende;
Sie geruhen gedachten Beklagten von Ampts we-
gen dahin zu halten / daß Er die hundert Floren
Rhet

Rheinisch / so Er aus dem Fränckischen Gewächse
gewonnen / mit Klägern nicht nur gleich theile; son-
dern auch den Schaden / so Klägern dadurch zuge-
stoßen / nebst aller gerichtlichen Unkosten Entrich-
tung erseze und gut mache: Benebenst belieben Sie
auch wohlgedachten Weinberg in zwey gleiche
Theil zu theilen / und iedem sein gebührendes / und
von Rechts wegen ihm zukommendes Theil zu ad-
judiciren / etc.

§. XXIIIX.

Deinceps etiam benè observandum venit, quid Reus
Reus excipere possit. Excipit autem Reus vel (1.) quod
non ejusmodi summam, sive tantam quantitatem, quan-
tam Actor in Libello suo expresserat, atque descriperat,
ex fructibus vineæ prædictæ perceperit; sed quod infeli-
ci fato ac plane casu fortuito, milites ipsum omnibus
suis rebus spoliaverint: Adeoque hanc propter causam
& hoc perceptum infortunium non teneatur, ad restitu-
tionem, sive præstationem fructuum perceptorum. Quia
alias casum fortuitum nemo præstare tenetur, l. contra-
ctus, 23. de R. J. & tale damnum fatale neque consilio, ne-
que prudentia sua quisquam mortalium prævideri pot-
est. Vel (2.) Præscriptionem adducens, quod nimirum
cum Actore in communiione hujus vineæ ultra triginta
annos continuò fuerit. Atque ideò præscriptum esse
huic Actioni, cum actionibus mixtis intra spacium tri-
ginta annorum præscribatur, per textum, l. super annali. 1.
§. ad hac cum nihil. 1. C. de Ann. Except. Vel (3.) quod et-

Quid Reus
peremptorie
excipere
possit.

1758. hinc
de 1758. hinc
1758.

D 2

iam

FRIED
VERS.
LALLE



iam pactum fecerint inter se, ne divisio fieret vineæ intra certos annos. Unde neuter neque Actor, neque Reus vineæ divisionem petere potest, antequam illud destinatum tempus elapsum. *l. in Communi, 3. §. si quid ipsi, 1. l. in hoc iudicium, 14. §. si convenit. 2. Comm. divid.* Adeo ut iudex quoque id ipsum sequi, & pronunciari cogatur, de quo inter litigatores conventum est. *per l. si convenerit. 26. de Re judicat. l. hoc edicto, 1. §. inde queritur, 10. de Oper. nov. nunciat.* Namque nihil tam congruum fidei humanæ, quam ea, quæ inter eos placuerunt servare, *per l. Hujus edicti. 1. in pr. & l. juris gentium, 7. §. ait Prætor. 7. de Pact. nec non, l. hoc edicto. 1. de Constit. Pecun. l. quaratione, 9. §. hac quoque res. 3. de A. R. D. l. nemo potest. 75. de R. J. add. c. quod semel, 21. de R. J. in 6to.* Vel (4.) quod Reus etiam Actori prohibuerit, ne ejusmodi sumtus faceret pro parte sua, quia ipse commodius potuisset impendere. Nunc vero manifestissimi juris est, in re communi semper potiolem ac nobiliolem esse causam prohibentis, *l. Sabinus. 28. Comm. divid.* Male ergo repetit sumtus Actor quos temere fecit, ac imputat sibi damnum, quod culpa sua sentire cogitur, *l. quod quis. 203. de R. J.* Vel. (5.) quod res sit indivisibilis: v. g. ager vectigalis, qui regionibus dividi non posset: alioqui vectigalis præstatio confunderetur. *l. communi 7. in pr. Comm. divid. ubi add. Anton. Mornac. in observat.*

§. XXIX.

*Quid Actor
probare de
beat.*

Porro, quod Actoris probationem concernit, ille tenetur omne id perspicue & succincte non dubie, nec superflue probare, quod in Libello ab eo narratum & a Reo negatum fuerit, nimirum, quod Reus (1.) fructus

v. g.

v. g. ex vineâ solus perceperit. (2.) quod sumtus quos suo
ære in prædictam vineam impenderit necessarii aut utiles
fuerint.

§. XXX.

Peractis iis, quæ juxta procedendi modum in judi-
ciis, peragenda sunt, Judex causam & acta examinat, &
litem per sententiam decedit. Fertur autem sententia
à Judice, vel absolutoria, cum vel Actor, id quod pro-
bare debebat, probare non potuerit, Reus vero exce-
ptiones suas certis fundamentis ac firmissimis rationibus
stabiliverit; vel condemnatoria, ut scil. res dividatur,
& fructus, & impensas restituat Reo, quando Actor illud,
quod sibi injunctum erat, satis superque probationibus,
ac argumentis non contemnendis firmaverit; Reus au-
tem exceptiones Jure non validas objecerit, aut illas pro-
bare non potuerit.

Quando
sententiam
debeat fer-
re Judex.

§. XXXI.

Fungitur autem in hâc nostrâ actione Judicis offi-
cio, aut qui Jurisdictioni præest. *l. si probatum. 2. l. si ma-*
ior. 4. C. Comm. divid. aut qui Judex datus est, & inde ali-
quando Judex, aliquando quoq; arbiter appellatur, *ut in*
l. in communi. 3. §. si quid. 1. c. f. Comm. divid. l. ad officium.
3. C. eod. l. si divisionem. 15. l. si cogitatione. 21. Famil. ercisc.
Judicis verò officium in genere in eo consistit, ut is boni
ac innocentis viri officio fungatur, *per l. cetera 4. §. mala.*
1. Famil. ercisc. ac boni viri arbitrato judicet. *l. sed si. 17.*
§. ait Prator. 5. de Injuriis. In specie Judicis officium con-
sistit in accuratâ observatione, ut res, quæ inter confor-
tes, vel alios communes fuerint, adhibitis fide dignis, ac
istarum rerum peritis æstimatoribus, justo, atque vero

Quod sit of-
ficium Ju-
dicis.

D 3

pre-

FRIED
VERS.
LALLE

pretio taxentur, & deinde rectè ac æqualiter ita æstima-
tæ dividantur, nec non singulis consortibus, aut collega-
tariis pro portione adjudicentur, *l. item quamvis, 10. §. in
commun. 2. Comm. divid. & l. ad officium, 3. C. eod.* Aut
quando divisio commode fieri nequit, ac ita res divisio-
nem respuunt, ut fere impossibilis videatur. Tunc tota
res à Judice uni erit adjudicanda, & quidem illi, qui plu-
res partes habet, *per d. l. Ad officium, 3. vers. majoris pretii.
C. Comm divid.* Ille autem cui res est adjudicata in æsti-
mationis partem condemnari debet, *per §. eadem §. Instit
de Offic. Judic.* cum æstimationis præstatio vicem rei susti-
neat, atque rem repræsentet, *l. quia, qui. 39. de Usufr. &
quemadm.* Aut quando res sine injuria commodè dividi
non potest, ac propterea partes inter se altercantur, atq;
rixas fovent, & unusquisque illorum rem sibi adjudicari
desiderat; tunc in ejusmodi casu Judex licitationem de-
bet aperire, nec non socio plus licitanti universam rem
adjudicare, inter cæteros consortes vero pretium deinceps
dividere. *l. frater tuus. 1. l. si probatum, 2. l. ad offi-
cium. 3. Cod. Comm. divid.* Aut quando omnes socii idem
pretium offerant, nec inter se conveniant, cui potius res
universa adjudicetur, tunc extraneus Licitator admit-
tendus erit, vel si forte fortuna contingat, quod, qui plus
licitatur non offerat ad huc justum pretium, & cæteri so-
cii, quibus res angusta domi, atque propterea ad justum
pretium solvendum incapaces sunt, tunc quoque extra-
neus Licitator admittitur. *d. l. ad officium, 3. C. Comm. di-
vid.*

Atque ita DEI ter optimi, ter maximi auxilio Differ-
tationem nostram ad finem perduximus: plura quidem

non

non solum adducenda, sed & adducta latius deducenda
fuissent; nisi maxima temporis angustia, ac itineris susci-
piendi necessitate exclusi subsistere juberemur. Tu igitur
L. B. si quid inveneris, quod animi tui expectationi
non ex asse respondeat, ut huic conatui ætati que juveni-
li ex æquo & bono veniam largiaris, nec non tam even-
tum, quàm conatum respicias, unicum est, quod obnixe
rogo. Me enim in præsentiarum ingeniosissimum Pi-
ctorem Timanthem potius imitatum fuisse reputa, qui
ingentis Cyclopis proceram magnitudinem, parva in-
tabula expressurus, pollicem ejus duntaxat penicillo suo
adumbravit. Sed quid ego? Ne pollicem quidem hujus
nobilissimæ materiæ, vix ungvem imo hac vice ostendi,
aut ostendere potui.

VERUM

JAM SATIS EST, MEA VELA LEGO,
TERRAMQUE SALUTO;
MAXIMA CLEMENTI LAUS SIT
HONORQUE DEO.



COR-

FRIEDRICH
WILHELM
HALLER

COROLLARIA,
EX
JURE CIVILI.

I.

Rem eandem pariter eementes, societatem contraxisse non intelliguntur.

II.

Conventio ne Divisio fiat, licet jurata sit, non est servanda.

III.

Socius, qui ignorante socio mortuum in communem locum intulit, familiae eriscundæ, vel communi dividendo conveniri potest.

IV.

Divisio valet, si Clericus & Laicus, quorum ille ab hoc provocatus erat, judicio divisorio agunt coram seculari
judi-

judice, atque ideo incompetente, sed
partes approbant ipsius sententiam &
quilibet acceptat sibi assignatam por-
tionem.

EX

JURE FEUDALI.

I.

Jus circa mineralia omnimodo perti-
net ad Regalia.

II.

Filius Naturalis in Feudo succede-
re non potest.

III.

Vasallus Domino egeno obligatus
est alimenta subministrare,

IV.

Feudum ob investituram non petitam
amissum, ad Dominum revertitur.

E

JU-

FRIED
VERS.
LALLE

EX
JURE PUBLICO.

I.
Camera Imperialis de Feudis Regalibus cognoscere non potest.

II.
Regibus Majestas deneganda non est, qui quasdam ditiones, ut Vasalli possident, modo reliquas Supremi Imperii Jure tenent.

III.
Libertati civili, ac supremo juri civitatum non officit, si ab altero PRINCIPE aut Populo ditiones illius militari præsidio teneantur.

IV.
Foedera inæqualia, (ut cum vi partionis inter diversos populos initæ, alteruter populus aut Princeps tene-
tur



21
tur alterius, in cuius est clientela, Ma-
jestatem comiter revereri, aut eosdem
hostes aut amicos habere, quos velit al-
tera pars; aut nulli exercitui, cui cum
altera parte bellum sit transitum com-
meatumque dare; aut certis locis non
ædificare arces, &c.) non efficiunt,
quo minus is populus, qui ad hæc tene-
tur, separatum Imperium constituta,
neq; enim ea reverentia subjectionem
includit.

EX colis ingenitum, quid sit communitio rerum
Exponis, voveo, premia digna feras.

Eximio Dn. Respondenti eruditæ Disferta-
tionis auctori amico suo per dilecto gra-
tulatur.

GEORGIUS ADAMUS Struve/D.

SChildbachi, rem conaris defendere pulchram.

In lucem claram fortiter ire cupis.

Laudo. Mox tanti merces erit ampla laboris.

In Patria Spartâ mox potière bonâ.

Ita ex animo gratulatur

ERNESTUS FRIDERICUS Schröter/

D. & P. P. ac Facult. Jurid. Decanus.

Nobil.

FRIED
VERS.
HALLE



Nobil. atque Literatissimo,
DN. ERNESTO SIGISMUNDO
SCHILBACH,
MAGNI PARENTIS MAXIMÆ
SPEI FILIO,
Convictori atque Inquilino amicissimo,
Ex
JURE de RERUM COMMU-
NIONE

Publicè disputanti:

EX non-communi studio hæc COMMUNIO prodit:
Cui quoque communis plausus & omen adest.

Gratulab. scribeb.

CASPAR POSNER, Prof. Publ. ordin.

Wie soll Ihm/**WEHREN FREUND**/ein solches Denkmal bauen
Mein Kiel/so keiner Kunst noch Weisheit ihm bewusst!
Die Jugend kenn' ich wohl/und seiner Geister Flammen
Sind mir verborgen nicht: ich weiß den werthen Sinn/
Der sters nach Hobeit strebt/muß selbst Aßtraa liben
Und Fama wird Ihr Spiel mit Seinem Nahmen üben:
Denn/wer nach Seiner Arth wirfft alle Fäulnuß hin/
Und weiß den schlechten Staub des Pövels zu verdammen/
Der wird bei rechter Zeit mit **JHM** die Müß' in Lust/
Und Arbeits-vollen-Schweiß in Ruhm verwandelt schauen.

*Mit diesem wenigen / hat dem Herrn Antwortenden/ als
Seinem werthen Freunde und Lands-Mann Reises
und Eil-fertig auffwarten sollen*

Hans Ernst von Pein / Eq. Sil.

Indem du/**WEHREN FREUND**/der großen *Themis* Macht
Durch diß Papir mit Ruhm der Nachwelt einverleibest/
Sih man / daß du nicht auff dem Pfad *Vacanen* bleibest.
GUCK ZU! So wird man einst vom *Phabus* hochgebracht!

*Dieses segete Seinem Herben Brüderlichem
Freunde Glück wünschend hinzu*


Joachim George Elpner.

E N D E.

Jena, Diss., 1664 R-Z

ULB Halle
004 852 230

3



f

TA → OL nur Whick f

VD 17



Farbkarte #13

B.I.G.

1664, 38^a

19

FELICITER
DE AUXILIANTE
TIO JURIDICA

De
M COM.

ATIONE,

Quam
ate ac Indultu
orum Ordinis in Illustri
atrice SALANA,

SIDENTE
VIRO
, AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO
CELLENTISSIMO

DAMO STRUVIO,

tecessore, Consiliario Sa-
æ Provincialis & Scabinatus
c non Inclutæ Facultatis suæ
gè meritissimo,

e suo filiali cultu æternum
endo, .TIDIA

rum examini sistit
NDUS SCHILDBACH,

TOR.
Horis consvetis.

NÆ
VII, Anno M.DC. LXIV.

18.
KÖNIGLICHES
UNIVERSITÄT
ZV HALLE

FRIEDRICH
VERS
LALLE